Missa audienda est ex præcepto ab omnibus fidelibus diebus dominicis, & aliis festivis. V. p. 43. n. 1. Non tamen ab amentibus, parvulis, ebriis, & catechumenis, & infidelibus. ib. n. 2. Bene vero a pueris completo septennio. ib. Integra audiri debet. ib. p. 44. n. 1. Hujusmodi præceptum impletur, quocumque idiomate, & ritu ab Ecclesia approbato Missa dicatur. ib. Et ab omittente levem Missæ partem, non vero notabilem. ib. n. 2.

Referuntur variæ opiniones de notabili, & levi parte Missæ. ib. Laxa Bonacinæ, Leandri, & Joannis Sancii de hoc sententia improbatur. ib. Eum qui incipit lectam integram epistolam audire Missam, probabilius videtur non satisfacere præcepto. ib. p. 45. n. 3. Missæ quamcumque levem partem sine rationabili caussa omittere veniale est. ib. p. 45. n. 4. Si pars quæ omittitur, sit ex principalioribus, letale est. ib. Missæ præcepto non satisfacit, qui duas medietates eadem simul, eodemque tempore audit. ib. p. 46. n. 5. Improbatur laxa plurium Casuistarum sententia, & præcipue Leandri, id perperam extendentis ad plures simul medietates. ib. Neque satisfacit qui dimidiam partem audit ab uno Sacerdote, & aliam dimidiam successive audit ab altero. ib. p. 47. n. 6. Satisfacit qui solum unam audit in die Nativitatis Domini. ib. p. 48. n. 8. Si extra grave periculum omittendi Missam, peccat, licet deinde eam audiat. ib.

In audienda Missa necessaria est moralis præsentia. ib. p. 48. n. 1. Explicatur. ib. Locus tam audiendi Ecclesia publica. ib. p. 49. n. 2. Aut oratoria, & sacella etiam in palatiis Episcoporum, Conventibus Regularium, aut privata illa Ecclesia, quæ ostium habent publico ingressui, & communi viæ expositum. ib. Aut etiam oratoria privata in domibus Clericorum sæcularium, aut laicorum, exceptis iis tantum illorum, qui sunt de familia domus in qua est oratorium. ib. p. 49. n. 3. Non vero respectu illorum, qui non sunt de familia, nisi id permittat Breve apostolicum. ib. n. 4. Satisfit præcepto quacumque hora audiatur Missa a media usque ad alteram mediam noctem. ib. p. 50. n. 5. Et etiam in nocte Nativitatis Christi ante mediam noctem, ubi ex privilegio ante eam celebrari potest. ib. n. 6. Ad satisfaciendum præcepto requiritur intentio audiendi Missam. ib. p. 50. n. 1. Pravam intentionem habens circa mulierem dum Missam audit, non satisfacit præcepto. ib. n. 2. & seq. Si te non advertente in aliquo alteri Missæ lecta fuerit usque ad Sanctus; & deinde advertas, & reliquam Missæ audias, non satisfacis præcepto. ib. p. 52. n. 4. Si dubitas an satisfeceris nec ne præcepto Missæ, securiorem partem eligere debes. ib. p. 52. n. 5. Ad satisfaciendum necessaria est attentio externa, & interna. ib. n. 6.

Christiani actuali affectu peccatum amantes dum Missam audiunt, peccant quod eam non audiunt sicut oportet. ib. p. 53. n. 2. & seq. Hujusmodi tamen peccatum adversus præceptum audiendi Missam videtur esse infra mortale. ib. p. 55. num. 6. Solvuntur objecta. ib. num. 7. & seq.

Impotentia excusat ab audienda Missa. ib. p. 64. n. 1. Triplex ea est, spiritualis, physica, & moralis. ib. Explicatur. ib. n. 2. & seq. Etiam ignorantia, & consuetudo sunt duæ caussæ, quæ excusare possunt ab auditione Missæ. ib. p. 66. n. 6. Quando jugiter præceptum caritatis, & misericordiæ erga proximum, impleri debet, etiamsi Missa sit omittenda. ib. n. 7.

Christiani tenentur non ponere impedimentum audiendi sacrum. ib. n. 8. Declaratur, rejectis laxioribus P. Sporer, & P. Gobat. ib. & n. 9. Spes acquirendi lucrum temporale non est sufficiens caussa negligendi auditionem Missæ in die festo. ib. p. 67. n. 10. Laxa P. Gobat opposita sententia improbatur, & rejicitur. ib.

Missam omittens ob legitimam caussam, tenetur, si possit, alias preces offerre Deo. ib. p. 68.
num.

n. 11. Evincitur clara D. Augustini testimonio. ib. Missæ auditio an sufficiat ad sanctificationem festorum, an aliud, & quid aliud requiratur. V. Festa.

Missa quo fine pro Defunctis celebretur. VIII. p. 297. n. 13. An magis illis prosit Missa de Requiem, quam alicujus Sancti. ib. n. 15. Majoris suffragii est illis Missa solemnis quam privata. ib. n. 17. Non satisfacit obligationi celebrandi Missam solemnem celebratione Missæ privatæ. ib. Missas privatas celebrare licitum est. ib. p. 299. n. 24. Missæ bifaciatæ, & trifaciatæ quales. ib. p. 301. n. 5. Missas siccas, & Gregorianas an legere liceat. ib. p. 279. n. 33. Missarum reductio per quos facienda. ib. p. 282. n. 41. & seqq. Missa legenda est conformis Officio illius diei. ib. p. 298. n. 25. Quot in partes dividatur. ib. p. 299. n. 29. Missæ Rubricas negligere quale peccatum. ib. p. 300. n. 1. Missæ partem omittere quale peccatum. ib. n. 2. In Missa nihil licet addere, vel immutare. ib. p. 302. n. 5. In Missa celebranda quænam temporis intermedia. Ibid. pag. 303. num. 5. V. Sacrificium.

Missale est in celebratione Missæ adhibendum. p. 297. num. 22. Quisque uti debet Missali ritus sui. ib.

Mohatra est contractus, cum quis indigens pecuniæ numeratæ, emit a mercatore merces, quibus non eget, pretio summo, adjecto pacto a vendente, ut illi retrovendantur ab emptore pretio infimo. Est damnatus. VII. p. 172. n. 1. Non est licitus, etsi tale pactum manifestetur emptori, & consentiat. ib. n. 5. Contractus iste in praxi scandalo, periculo infamiæ, & pacto saltem implicito vix carebit. ib. p. 173. n. 11.

Molinæus (Michaelis de) hypocrisis, & errores adversus spem theologicam. I. p. 153. num. 1. & seq. Damnati fuerunt ab Innoc. XI. ib. Eorum falsitas detegitur, & rejicitur. ib. p. 157. n. 5. & seq.

Duos de voto errores docuit, damnatos subinde ab Innoc. XI. p. 58. n.

Molina (P. Ludovicus) falsam & perniciosam de homicidio sententiam docet. IV. p. 151. n. 5. Lucretiæ Romanæ suicidium perperam excusat ob ignorantiam invincibilem. ib. p. 102. n. 3. Expresse improbatur hæc opinio a D. Augustino. ib. Laxam sententiam docet de compensatione. ib. p. 317. n. 17. Absurde docet posse aliquem occulte pecuniam accipere ubi compensare famam, infamatore eam restituere nolente. ib. p. 418. n. 1. Perniciosa hæc opinio refellitur. ib. n. 3. & seq.

Notam temeritatis in iis, quæ adversus S. Augustinum scripsit, effugere non posse, clare ostenditur. VI. p. 109. n. 1. & seqq. Infelici propterea omnino eiusdem Molinæ caussam orasse D. Honoratum Tournely adversus Gonet demonstratur. ib.

Monachis quibus venatio prohibita: canes venatici intra Monasteria retinere prohibentur. VII. p. 16. n. 4. V. Religiosus.

Monitio censuram præcedere debet. X. p. 252. n. 4. Duplex est monitio. ib. Canonica monitio necessaria est ad valorem censuræ. ib. Nonnulli putant peccare quidem ferentem censuram sine monitione, sed illam valere. ib. Num præmittenda etiam quando delictum notorium est. ib. Non una, sed triplex monitio est censuræ præmittenda. ib. n. 4. & seq. Fieri debet in scriptis, vel voce coram testibus idoneis. ib. Ubi fieri debeat. ib. Peccaret judex, qui sine urgente caussa trinam monitionem omitteret. ib. Immo, ut nonnullis placet, nulla esset censura. ib. Quod certe verum est, quando delegatus facultatem accepit ferendi censuram sub conditione monitionem canonicam præmittendi. ib.

Monita ad Confessarios. X. p. 97. n. 24. p. 215. & 247. n. 9. & 10. & p. 330.

Monitum Auctoris circa laxas opiniones a se relatas. IX. In præf. p. 14. Aliud ejusdem cum protestatione. ib. p. 16. Tertium ejusdem circa Auctores a se citatos. ib. p. 17. Monitum SS. Pontificis Benedicti XIV. ad Confessarios. ib. Monitum cur Christiani hodiernum tam cito in peccata relabantur. ib. p. 254. n. 1. Aliud ad Confessarios circa modum se gerendi erga pœnitentes rudes, qui Dei fontem boni amorem nesciunt concipere. ib. p. 234. n. 1. Monitum circa doctrinas, quas rigidiores appellant Laxistæ. ib. p. 315. n. 8. Monitum antiprobabilisticum. ib. p. 215. Monitum ad Confessarios, ut remedia opportuna vulneribus peccantium applicent. ib. p. 234. n. 24. Aliud ut caveant a lapsu [illegible] circa pœnitentias peccatoribus injungendas. ib. p. 229. n. 1. Monitum sapientissimi P. Michaelis Elizalde Soc. Jesu ad Confessarios, & pœnitentes. ib. p. 307. n. 1. & seq.

Monopolium est conspiratio qua plures stabiliunt de tali merce non vendenda, nisi hoc aut illo pretio ab ipsis designato. VII. Quatuor modi monopolii. ib. p. 158. n. 1. Primus illicitus est, quo unus, aut plures merces coemunt, & emunt, ut industria inopia ceteri cogantur ab iisdem emere cariori pretio. Secundus licitus, quando sempre unus a Principe privilegium obtinuit, ut unus ipse solus, ceteris exclusis, vendere tales merces possit. ib. p. 159. n. 2. Non est licita conspiratio venditorum vendendi solum pretio summo merces; nec emptorum emendi tantum infimo. ib. n. 4. Constituto monopolio vendendi summo pretio, etiam peccant eodem pretio vendendo, qui, ad constituendum monopolium non conspirarunt. ib. n. 5.

Mons pietatis est summa pecuniæ, ex plurium fidelium eleemosynis in pauperum levamen, & subsidium collecta, ut iisdem indigentibus mutuo tradatur, pignore deposito, & accedente contributione, qua ministri alantur. Quotuplex mons. VII. p. 183. n. 1. & n. 3. Est licitus. ib. n. 2. Tribus observatis conditionibus. ib. n. 4. Mons pietatis ultra expensas nihil lucrari potest, alioqui ipse depauperetur. ib. n. 5. Peccant, & monti restituere tenentur, qui pauperes non sunt, & tamen a monte mutua accipiunt, fructum tamen industria faciunt suum. ib. p. 184. num. 6. Non licet a pecunia otiosa in monte collocata aliquid accipere. ib. n. 7. Licet tamen iis, qui caritatis zelo adducti, non fœnerandi animo, pecunias deponunt tempore illo quando monte carent, ac parati ad emendum prompte habeant; ex
quo.

quorum ſedita, quatuor aut alia pro centenario recipere poſſent. ib. p. 237. n. 8.

Montes. Quis eorum dominus. VII. p. 171. n. 1.

Monſtrum quando ſit baptizandum. VIII. p. 105. num. 10.

Mora in reddendo mutuo damnum emergens proprie vocatur, quod ex mora debitoris creditor ſuſtinet. VII. p. 242. n. 1. Mora eſt ſolvendi debiti injuſta, & fruſtratoria dilatio. Eſt duplex, ex re ſeu irregularis, & ex perſona ſeu regularis. ib. p. 243. n. 2. Non licet abſente damno emergente & lucro ceſſante, pœnam conventionalem ſtatuere pro mora mutuatarii. ib. n. 3. & p. 244. à n. 1. Licet tamen, ſi prævideatur certum damnum emergens, & lucrum ceſſans. ib. p. 244. n. 5. Ob moram debitur a iudice pœna iudicialis, ſed raro puniendus eſt. ib. n. 10. Idem dicendum & de pœna legali. ib. p. 245. n. 14. Qui elapſo tempore non ſolvit ſine culpa, non eſt ſubjiciendus pœnæ conventionali. ib. p. 247. num. 21. Uſura, quæ ad coercendam moram refertur, dicitur pœna, ſi ad damni reparationem, id quod intereſt, dicitur; ſi ad lucrum, propriè uſura appellatur. ib. p. 248. n. 2. V. *Lucrum ceſſans.*

Moraliſtæ nonnulli recentiores cautè ſunt legendi, etiam ob dicendita ab ipſis falſa ſive nociva oracula. III. p. 283. n. 7.

Morituros baptizare non licet, nec alios pro mortuis. VIII. p. 105. n. 3. Vetitum in concilio Carthaginenſi III. ib. p. 106. n. 4. Quomodo intelligendus textus Apoſtoli de baptiſmo pro mortuis. ib. n. 5. Expoſitio D. Thomæ. ib. num. 6.

Moya (P. Matthæus) imponit laxitatem Magiſtro Bannez. I. p. 206. n. 7. Explicatur Bannez, & impoſtura detegitur. ib. Laxa ejus opinio quæ etiam videtur damnata. ib. p. 217. n. 4. Alia damnata, ut probabilis ab eo defenſa. ib. p. 281. n. 1.

Idem ſub larva Amadæi Guimenii laxas opiniones primum vulgavit; eas deinde ſub ſplendido probabilitatis colore tecudit. III. p. 86. n. 30. Inani diſtinctione contendit, non ſemper voventem virginitatem teneri ad caſtitatem. ib. p. 230. n. 22. Laxam docet propoſitionem de juramento. ib. p. 243. n. 10. Cautè eſſe legendum bene monet P. La-Croix. ib. p. 300. n. 24.

Laxè docet neminem ex neceſſariis ad ſuum ſtatum conſervandum teneri eleemoſynas pauperi elargiri, etſi extrema neceſſitate laboret. II. p. 400. n. 2.

Idem ut probabilitati pondus adjiciat, Zanardum, metrum exſcriptorem, magiſtrum ſapientem appellat. IV. n. 16. Notus laxitatis eſt Auctor. ib. p. 232. & laxam de occulta compenſatione ſententiam docet. ib. p. 334. n. 2.

Atque laxe ſcripſit pro opinione de actuum indifferentia in individuo. VI. p. 136. n. 34. Eamque nonnullis SS. Patribus falſo tribuit. ibid.

Laxe pariter docet, ob metum mortis licere uti ſimulatione in omnibus ſacramentis. VIII. pag. 3. num. 2. Refellitur hæc opinio. ibid. p. 40. num. 13. & ſeq. Damnata fuit ab Innoc. XI. ib. Falſo aſſirmat, levi fundamento innixus, aſſerentes eſſe peccatum ſaltem veniale ſe privare fructu ſacramenti confirmationis, quando quis illud commode poteſt percipere. ib. p. 4. num. 14. Refellitur. ib. p. 519. num. 11. Laxe docet, nec veniale eſſe ordines recipere ante confirmationem. ibid. p. 4. num. 15. Docet falſo, in ſacramentorum confectione ſemper adeſſe conditionem implicitam. ib. p. 58. num. 9.

Mulierum ornatus, fuci, & nuditas. V. *Ornatus mulierum.* Earum cum viris converſationem deſcribit, & inſectatur D. Hieronymus. II. p. 180. n. 4. Eamdem, in qua ille habet ſuum, & illa ſuam, penitus infringere debet Confeſſarius. ib. p. 181. n. 6.

Muratorius (Ludovicus Antonius) doctiſſime evincit contra Phereponum, hoc eſt Ioannem Clericum, juſtam & neceſſariam hæreticorum punitionem. VI. p. 81. n. 19.

Mutilator. V. *Homicida.*

Mutuum eſt traditio rei conſumptibilis in ejuſdem proprie uſum & dominium, ut aliquo tempore tantumdem reſtituatur. VII. p. 193. n. 1. Prima mutui proprietas eſt translatio dominii. ib. p. 194. num. 3. Altera, quod periculum ſit penes mutuatarium. ib. n. 3. Differt a reliquis contractibus. ib. p. 195. n. 7. V. *Uſura.* V. *Eleemoſyna.*

Myſteria feſtivitatum. V. *Feſtivitatum myſteria.*

N

NAamani Syri factum an fuerit idololatriæ labe inquinatum. V. *Scandalum.*

Narbona (P. Didacus) laxiſſime liberat ſenes octogenarios ab obſervantia legum eccleſiaſticarum, & divinarum. V. p. 293. n. 1. & p. 252. n. 2. Refellitur. ib. p. 253. n. 1.

Natalis Alexander, defendens poteſtatem regiam immediate a Deo, non valde ſibi conſtat. VI. p. 202. & ſeq. n. 9.

Ejus opinio de ſufficientia ſola venialia confitentibus abſque neceſſario dolore refellitur. IX. p. 413. num. 27.

Natura humana infirmitatibus repletur. VI. p. 43. num. 2. & ſeq. Recenſentur ex Oſorio. ib. Naturæ vitiiſdem corrupti mores deſcribuntur ex S. Auguſtino. ib. p. 42. num. 2. & ſeq. Inter eam, & ſpiritum ardet bellum inteſtinum. ib. p. 41. num. 1. & ſeq. Ideo vita hominis myſterium eſt formidandum. pag. 43. num. 3. & ſeq.

Navarrus (Martinus) candide fatetur ſe confeſſum fuiſſe de ſua omiſſione Deum amandi in primo inſtanti uſus rationis. I. p. 203. n. 21.

Idem non ſcripſit conſilium, quod ei pro potu cocolatæ falſo tribuit P. Thomas Hurtado. V. p. 156. n. 40. & ſeq. Narrat ſe octuagenarium jejunaſſe, ac proinde jejunare potuiſſe, ac dum ageret annum quinquageſimum. ibid. p. 175. num. 8.

Neceſſitas duplex, alia medii, alia præcepti. VIII. p. 91. num. 1. Quæ neceſſaria ſunt etiam neceſſitate medii, ſi extrinſeca ſunt, ſuppleri poſſunt per votum, ſeu deſiderium. ib. p. 95. n. 4. Neceſſitate medii neceſſarium eſt baptiſma etiam infantibus ex fidelibus procreatis. num. 7. Adultis quoque aut in re, vel in voto. ib. n. 8. Et quidem explicito. ib. pag. 37. num. 9. Neceſſaria non eſt neceſſitate medii ſumptio Euchariſtiæ. ib. pag. 187. num. 4. Nam ſit neceſſaria ſaltem in voto. ib. num. 6. An explicito, vel implicito. ib. n. 7. & ſeq. Eſt neceſſaria neceſſitate præcepti divini. ib. pag. 258. num. 20. Quinam hoc præcepto adſtringantur. ib. num. 22. & ſeq. Quænam neceſſitas dicatur urgens, ut quis celebrare, vel communicare poſſit non præmiſſa confeſſione mortalium. ib. pag. 205. num. 28. & ſeq. Num neceſſitas audiendi Sacrum in die feſto ſit vere urgens. ib. p. 206. n. 26. Num talis ſit etiam neceſſitas ſumendæ communionis paſchalis. ib. Num etiam unus ſatisfaciendi Capellaniæ. ib. p. 205. n. 27.

Neceſſitas multiplex eſt; præcipua alia antecedens, alia conſequens, alia phyſica, alia moralis. VI. p. 78. num. 4. Neceſſario gratiam hominem applicare ad operandum ob liberum arbitrium per Adæ peccatum extinctum docent Lutherus, & Calvinus. ib. p. 79. num. 1. & ſeq. Neceſſitas voluntatis proficiſcitur ex parte ſolius objecti. ib. p. 116. num. 1. Neceſſitatem voluntati imprimere ſi velit Deus, auferet operæ indifferentiam judicii. ib. p. 117. n. 2. V. *Libertas indifferentiæ.*

Negotiatio Clericis interdicta eſt. X. pag. 68. n. 4. Num eis liceat uvas emere, & vinum vendere, vel lanam, ut pannos conficiant. ibid. num. 5. Non licet in Monaſteriis per famulos panem, & vinum vendere. ib. pag. 41. num. 6. Nec jumenta emere, & pro pretio locare. ib. n. 7. An peccent lethaliter, ſi per unum actum negotiationem exerceant in materia gravi. ib. n. 8. Num peccent, ſi negotientur per alium. ib. n. 10.

Negotiatio eſt qua merces emuntur, ut eædem immutatæ carius vendantur. VII. p. 165. n. 1. 165. Prohibetur Religioſis, & Clericis, etiam in minoribus conſtitutis, ſi beneficiarii ſint, ſub pœna excommunicationis, & ſuſpenſionis ſententiæ ferendæ. ib. p. 165. n. 5. Unica etiam negotiatio peccatum mortale eſt. ib. p. 166. n. 6. Neceſſitate urgente Clericis negotiare licet. ib. n. 7. Clerici nec per alium negotiari valent. ib. n. 9. Licitum eſt iis animalia emere, ut ſaginata vendantur; non tamen conducere agros, ut fructus vendantur, nec conducere ſolinas, & pecora, ut ſal, lac, caſeum, lanam vendant. ib. num. 10. E propria vena ferrum conficere per miniſtros laicos, & vendere licet; non tamen talem venam emere. ib. p. 167. num. 11. An plus vini emi poſſit ad cautelam, ſi forte per æſtatem aliquando vas aceſcat, & ſimul cum ſpe illud carius vendendi. ib. num. 12. Alii caſus examinatur. ib. n. 13. Negotiatio illicita etiam laicis evadere poteſt. ib. p. 168. num. 14. Mercatores licite carius vendunt quam ii, qui negotiationem non exercent. ib. num. 15. Non licet frumentum emere, dum minus valet, ut carius poſtea vendatur. ib. n. 16.

Nepomucenus (S. Ioannes Martyr) præclaro ſuo facto rationem cuſtodiendi ſigillum ſacramentale nos docuit. IV. p. 5. n. 6.

Nix non eſt apta baptiſmi materia. VIII. p. 75. n. 7.

Nomen aliquando mutatur in confirmatione. VIII. p. 136. n. 4.

Noris (Henricus Card.) & cum eo Contenſonius, Henricus a S. Ignatio, aliique docent neceſſitatem gratiæ & caritatis actualis ad omne opus moraliter ex omnibus circumſtantiis bonum. I. p. 230. n. 6. Refellitur hæc opinio. ib. n. 7. & ſeq.

Novitii renunciatio inconſulto Epiſcopo etiam juramento firmata non obligat. VII. p. 259. n. 2.

Nugno (P. Didacus) laxas docet propoſitiones circa præceptum ſuſcipiendæ confirmationis. VIII. p. 2. n. 13. Refellitur. p. 64. n. 6. & ſeq.

Nuptiæ unde nomen deſumpſerint. X. p. 106. n. 2. Nuptiæ Chriſtianorum aliquando minus modeſtiam, & pudicitiam ſervant quam olim nuptiæ Ethnicorum. ib. n. 4.

O

OBedientia omnium virtutum moralium maxima. X. p. 334. n. 3. Duplex eſt, generalis, & ſpecialis. ib. Obedientiæ generalis officia. ib. Particularis munia. ib. Quodnam ſit vitium illi oppoſitum. ib.

Oblatio generatim accepta eſt rei ſpontanea largitio. V. p. 338. n. 1. Proprie hic ſumitur pro re quæ Deo dicatur. ib. Ad Deum relata res omnes comprehendit quas fideles ſponte in divinum cultum conferunt. ib.

Harum oblationum extabat præceptum in lege veteri; non tamen extat, nec eccleſiaſticum quidem, in lege nova. ib. num. 2. & ſeq. Fieri poſſunt debitæ pluribus de cauſis, quæ recenſentur ex D. Thoma. ib. p. 339. n. 4. & ſeq. Præcipue fieri poſſunt debitæ ex conſuetudine. ib. n. 7. Illæ ſoli Parocho debentur, ſive ſiant intra, ſive extra Eccleſiam. ib. n. 8. Explicatur uberius. ib. Factas in Eccleſiis Regularium, Parochis deberi male defendit P. Truſlench. ib. p. 340. n. 9. & ſeq.

Non eſt improbanda conſuetudo, qua ad ciendam pietatem Clerici in aliquo die v. g. Purificationis B. V. tribuunt laicis aliquod munus, ut cereos albos, vel quid ſimile. ib. p. 341. n. 11. Eccleſia reſpuit oblationes plurium, qui recenſentur. ib. n. 12. Oblationes liberas omittens, nulla punitur pœna. ſecus neceſſarias. ib. p. 342. n. 13.

Oblationes fidelium olim in Miſſa quales fuerint. VIII. p. 148. n. 7. & p. 160. n. 2.

Obſervantia. V. *Pietas.*

Occamus erronee docuit Deum oppoſita præceptis Decalogi iubere poſſe. I. p. 33. n. 2.

Occaſio peccandi quotuplex. IX. pag. 152. num. 13. Occaſionem peccatorum vitandi propoſitum concipere debent vere pœnitentes. ib. pag. 153. num. 14. & ſeq. Quænam ſit occaſio proxima. ib. num. 18 & pag. 381. num. 1. & ſeq. An ſit vitanda, vel ſufficiat propoſitum in ea non peccandi. ib. pag. 154. num. 19. & ſeq. Quomodo ſe gerere debeant confitentes in occaſione proxima neceſſaria. ib. p. 155. num. 23. Occaſio proxima duplex, voluntaria, & neceſſaria. ib. pag. 382. num. 4. Propoſitiones de occaſione proxima a Pontificibus damnatæ. ib. pag. 383. num. 1. & ſeq. Laxa interpretatio P. Viva. ib.

p. 364. num. 1. & ſeq. Laxa regula P. Gobat circa occaſionem proximam. ib. p. 390. n. 15. An ſit de præcepto, vel ſolum de conſilio relinquere occaſionem proximam peccandi, quando relinqui nequit ſine gravi incommodo. ib. p. 391. n. 17. & ſeq. Laxa opinio Laymani circa hoc. ib. n. 18. An quando occaſio proxima conjuncta eſt cum periculo formali peccandi, teneatur quiſpiam eam vitare cum jactura omnium bonorum, famæ, & etiam vitæ. ib. n. 19. & ſeq.

Odium Dei duplex eſt. II. p. 89. n. 1. Ex genere ſuo eſt mortale. ib. n. 2. Sicut etiam odium proximi. ib. n. 3. Odia in proximum ex malorum diverſitate probabilius ſpecie diſtinguuntur. ib. n. 4. & ſeq. Licet deſiderare alteri malum temporale ob bonum ſpirituale. ib. p. 89. n. 6. Propoſitiones hac de re ab Innoc. XI damnatæ. ib. Imprecari proximo grave malum animo deliberato letale eſt. ib. n. 7.

Oleum olivarum eſt materia ſacramenti extremæ unctionis. X. p. 8. n. 4. Debet eſſe conſecratum ab Epiſcopo non ſolum de neceſſitate præcepti, ſed etiam de neceſſitate ſacramenti. ib. n. 5. Poteſt tamen auctoritate apoſtolica etiam a ſimplici Sacerdote conſecrari. ibid. pag. 9. num. 7.

Opera baptiſmalis profeſſionis ex SS. Patribus explicantur. VIII. p. 122. n. 2. & ſeq.

Opera infidelium. V. *Infideles*.

Opera mortuorum. V. *Juſti*.

Opera ſervilia diebus feſtis prohibita, ſunt ſola corporalia, & externa. V. p. 20. n. 1. & ſeq. Opus ſervile triplex eſt ex D. Thoma, religioſum, peccaminoſum, & humanum. ib. n. 3. Explicatur. ib. Pingere eſt opus die feſto prohibitum, ſive lucri, ſive recreationis, ſive addiſcendi gratia fiat. ib. p. 24. n. 2. Sicut etiam venatio, aucupium, & piſcatio. ib. n. 3. Itemque iter arripere abſque rationabili cauſa. ib. n. 4. Hoc tamen peccatum leve tantum dicendum eſt. ib. Agaſonibus, & mulionibus beſtias onuſtas diebus feſtis conducere non licet abſque vera neceſſitate. ib. n. 5. p. 26. n. 5. Neque Miſſam omittere, ut beſtias ſuas in pratis paſcant, evitentque ſumptus faciendos in diverſorio. ib. n. 6. Neque licet typographis ordinare illis diebus characteres. ib. n. 7. Choreæ, comeſſationes, ludi ſcenici, idque genus ſimilia potiſſimum diebus feſtis Chriſtianis ſunt vetita. ib. p. 27. n. 2. & ſeq.

Docere die feſto quaſcumque ſcientias ſive ob lucrum, ſive abſque lucro licitum eſt. ib. p. 29. n. 1. Probabilius vero non licet ob lucrum tranſcribere. ib. n. 4. & ſeq. Excipiuntur nonnulli caſus. ib. p. 30. n. 6. Itemque tranſcribere non licet ex inſtituto, & pro mercede libros cum notis pro cantu muſico. ib. num. 7.

Licite exercetur die feſto ars præparandi, & coquendi cibos, niſi in eo modus excedatur. ib. p. 31. n. 1. Itemque curandi infirmos. ib. n. 2. Opera divino cultui dicata, quæ proxime divinum cultum ſpectant, exerceri poſſunt die feſto; non tamen quæ ſolum remote, ſi poſſint anticipari. ib. & n. 3. & ſeq.

Mercatus, & judicia forenſia ſpeciali lege prohibentur die feſto. ib. p. 32. n. 2. Adducitur de hoc conſtitutio Pii V. ib. p. 33. n. 4. Et declaratio ſacræ Rituum Congregationis plura capitella prohibentis. ib. p. 34. n. 5. Prohibitio judicii civilis ſeu criminalis exercendi die feſto, comprehendit omnes actiones quæ ad cauſam tractandam proxime pertinent. ib. n. 6 & ſeq. Enumerantur hujuſmodi actiones. ib. Illæ tamen neceſſitatis & pietatis cauſa licite exerceri poſſunt. ib. p. 35. n. 8.

Referuntur diverſæ opiniones de parvitate temporis excuſante a gravi tranſgreſſione præcepti vetantis opera ſervilia die feſto. ib. n. 2. Laxæ de hoc Paſqualigi, & Tamburini ſententiæ improbantur. ib. Laxe nonnulli docent, dominum non peccare mortaliter, ſi die feſto injungat laborem duarum horarum viginti famulis ſimul. ib. p. 36. n. 3. Refellitur hæc opinio. ib. p. 37. n. 4. Et reſpondetur rationibus Salmanticenſium. ib. n. 5. & ſeq. Neceſſitas propriæ, & proximi ſalutis reddit licita ſervilia opera die feſto. ib. p. 38. n. 7. & ſeq. Licitum non eſt tondere barbam die feſto. ib. p. 39. n. 9. Barbitondentes an gravius peccent, pendet ex variis circumſtantiis, quæ referuntur. ib. Sæpius ipſi homines tondendi gravius peccant barbitonſoribus. ib. Famuli coacti a dominis laborare die feſto, quandoque excuſantur, ſi laborent. ib. p. 40. n. 10. Non tamen ſi cogantur id agere in contemptum feſti. ib.

Occaſio comparandi magnum lucrum non excuſat ab obſervatione feſti. ib. n. 12.

Non licet diebus feſtis agitare tauros moloſſorum morſibus expoſitos, ut invicem cornibus, & dentibus bellum peragant. ib. p. 41. n. 12. Contraria conſuetudo eſt abuſus, & corruptela. ib.

Diſpenſare poſſunt ab obſervatione feſtorum, & ſic ab operibus ſervilibus Pontifex, Epiſcopus, & pro aliquo caſu particulari, & ad tempus etiam Parochus. ib. n. 13. Excuſat etiam conſuetudo ſi adſint conditiones requiſitæ. ib. p. 42. n. 14. Sed ſub conſuetudinis larva plures abuſus, & corruptelæ occultantur. ib.

Opiniones laxæ. V. *Propoſitiones laxæ. Propoſitiones damnatæ.*

Oratio quid ſit. II. p. 188. n. 1. Dividitur in interiorem, ſeu mentalem, & in exteriorem, ſeu vocalem. ib. p. 189. n. 2. Harum utraque explicatur. ib. & n. 3. Neceſſaria eſt ad æternam ſalutem neceſſitate tum præcepti, tum medii. ib. p. 190. n. 4. & ſeq. Solvitur objectio. ib. p. 191. n. 5. Teſtimonia divina illius neceſſitatem probant. ib. num. 6. Illius præceptum obligat per ſe aliquando. ib. p. 194. n. 8. Videtur obligare ſaltem in hebdomada. ib. p. 195. n. 9. Nihil ſecuritatis doctrina hæc continet. ib. p. 194. n. 10. Regulæ pro praxi circa obſervantiam, & violationem hujus præcepti. ib. n. 11. Qui orationem omittit preſſus gravi tentatione contra caſtitatem, peccat contra religionis virtutem eam violando. ib. p. 191. n. & ſeq. Orationem comitari debent nonnullæ conditiones, quæ recenſentur, & explicantur. ib. p. 196 & ſeq. Solus Deus orandus eſt ut auctor gratiæ, & gloriæ. ib. p. 197 n. 1. & ſeq. Orare poſſumus dirigendo locutionem noſtram ad unam divinam perſonam, aliis duabus omiſſis, non tamen excluſis. ib. n. 5. Orare, ſeu invocare Sanctos ex præcepto tenemur. V. *Sanctorum invocatio*. Orandum eſt pro omnibus viatoribus, etiam pro animabus in purgatorio detentis. ib. p. 212. n. 1. & ſeq. Illis proſunt viventium ſuffragia. ib. Solvuntur objecta. ib. n. 3. & ſeq. Eadem ſuffragia alicui infallibiliter proſunt, licet non huic determinate, nec quoad tantam partem remiſſionis pœnarum, abſque liberali Dei acceptatione. ib. p. 214. n. 8. Suffragia per modum ſuffragii non æque proſunt pluribus, ac uni, bene vero ut impetratoria. ib. n. 9. Animæ purgatorii, pro quibus nulla offeruntur ſuffragia, non plus decem annis in purgatorio ex ſententia Soti detinentur. ib. p. 215. n. 10. Non adverſatur huic ſententiæ propoſitio 43. damnata ab Alexandro VII, ut male inferunt Salmanticenſes. ib. Non videntur ſpectanda Soti conjecturæ id ſuadentes. ib. Peccatores orare debent, ut miſericorditer exaudiantur a Deo. ib. p. 216. n. 2. Solvitur objectio. ib. p. 217. n. 2.

Oratorium privatum quale ſit. VIII. p. 270. n. 9. Quinam oratorium privatum concedere valeant. n. 10. Decretum Clementis XI. de celebratione in oratoriis privatis. ib. p. 282. Aliud Benedicti XIV. ib. Quomodo conſtructum eſſe debeat. p. 297. n. 11. Quando ceſſet privilegium Oratorii privati. ib. Quot Miſſæ in eo celebrari poſſint. ib. Privilegium Oratorii privati eſt perſonale. ib. Vi unius privilegii non conceditur duplex Oratorium, unum in civitate, alterum in villa. ib. In Oratorio privato quibus diebus Miſſam celebrare vetitum ſit. ib. n. 13. Quinam Miſſam audientes in Oratorio privato præcepto ſatisfaciant in die feſto. ib. n. 14. & ſeq. Eliminandus abuſus celebrandi in privatis Oratoriis ultra horam præſcriptam. ib. n. 15.

Ordo inter creditores. V. *Creditorum ordo*.

Ordo reſtitutionis. Ille primo reſtituere debet apud quem res ſive in ſe, ſive in æquivalenti extat. VII. p. 83. n. 43. Quando res non amplius extat, reſtituere primo debet principalis in damno inferendo, deinde executor, poſtea cooperantes poſitive, tandem cooperantes negative. ib. p. 84. n. 44. Quis ordo ſervandus in cauſis minus principalibus. ib. n. 3. V. *Participans*.

Ordo in ſucceſſione. V. *Heredes neceſſarii*.

Ordo vario modo accipi poteſt. X. p. 14. n. 1. Sed præſertim uſurpatur pro ritu ſacro quo perſonæ eccleſiaſticæ conſecrantur. ib. Eſt verum novæ legis ſacramentum. ib. p. 15. n. 2. & ſeq. An plures ſint ſacri Ordines. ib. n. 3. Quot ſint. ib. n. 4. Num Tonſura, Cantoratus, & Epiſcopatus ſint Ordines diſtincti. ib. n. 5. Quid de Epiſcopatu ſenſerit D. Thomas. ib. Num ſinguli Ordines ſint ſacramenta. ib. p. 9. n. 13. & ſeq. Peccant mortaliter qui conſcii peccati mortalis Ordines ſuſcipiunt. ib. n. 15. & qui ſacros Ordines in peccato exercent. ib. n. 16. Num etiam qui minorum Ordinum actus exercent. ib. V. *Materia*, *Forma*, *Miniſter*. Ordines quo tempore licite conferri poſſint. ib. p. 22. n. 21. In Ordinum ſuſceptione interſtitia ſervanda ſunt. ib. n. 14. Quis in interſtitiis valeat diſpenſare. ib. n. 15. Ad Ordines ſuſcipiendos ſolum mares idonei ſunt. ib. n. 1. Et legitima ætate conſtituti. ib. n. 2. Ante legitimam ætatem ordinati quando poſſint ſuſceptorum Ordinum functiones exercere. ib. n. 3. Non licet ſuſcipere ſuperiorem Ordinem prætermiſſo inferiori. ib. p. 27. n. 4. Valida tamen eſſet ordinatio excepto Epiſcopatu. ib. Quibus pœnis ſubjaceant ordinati per ſaltum. ib. Ordines ante Confirmationem ſuſcipere illicitum eſt. ib. n. 5. Ad ſacros Ordines ſuſcipiendos requiritur titulus. ib. n. 6. V. *Titulus*. Effectus ſacramenti Ordinis tres enumerantur. ib. p. 24. n. 1. Primus eſt gratia ſanctificans, & quidem excellens. ib. quæ confertur juxta ſuſcipientis diſpoſitionem. ib. p. 25. n. 2. Alter gratia ſacramentalis. ib. n. 3. Tertius character. ib. n. 4. Ad validam Ordinationem neceſſario requiritur conſenſus ordinandi. ib. p. 38. n. 37.

Orientalibus Monachis vetitum a Benedicto XIV. Euchariſtiam collo appenſam in itinere deferre. VIII. p. 225. n. 14.

Ornamenta ſacerdotalia quænam ſint. VIII. p. 300. n. 4. Ornamentorum ſacrorum ſignificationes. ib. n. 5. & ſeq. Num liceat ſine ſacris ornamentis Miſſam celebrare. ib. p. 305. n. 13. Saltem ad mortem vitandam. ib. n. 15.

Ornatus mulierum debet eſſe moderatus. II. p. 127. n. 1. & ſeq. Immoderatus improbatur, & prohibetur in ſacris Scripturis. ib. p. 129. Item ex communi SS. Patrum aſſenſu execratur. ib. p. 130. n. 1. & ſeq. Peccant mulieres quæ fucis adulterant vultum, ut pulchritudinem ementiantur, & augeant. ib. p. 131. n. 2. & ſeq. Laxa de hoc Caſuiſtarum placita. ib. p. 134. n. 1. & ſeq. Laxe docet P. Diana ornatum ſuperfluum, & magnum non eſſe peccatum, modo ſit ſecundum morem patriæ. ib. n. 2. Patrum, & Scripturarum de hoc monita ſuis interpretationibus omnino enervat P. Leſſius. ib. p. 134. n. 3. Earumdem interpretationum laxitas, & evidens falſitas oſtenditur. ib. Ad declinandum ſcandalum ſatis non eſt ut veſtis mulierum adeo tenuis non ſit, ut per eam pudenda ſatis tegantur. ib. p. 135. n. 4. Oppoſita P. Leſſii laxa doctrina improbatur. ib. Regulæ traduntur ad dignoſcendum quandonam mulierum ornatus ſuperfluus, cenſendus ſit mortalis, aut venialis. ib. n. 5. Oſtenditur ex Sanctis Patribus mulieres ſuperfluo ornatu cultus indicia prodere impudicitiæ. ib. p. 137. n. 1. & ſeq. Ornatus immodicus mulierum ſæpe letalis eſt ob ſuperfluam, prodigamque in eo divitiarum abſumptionem. ib. p. 139. n. 1. & ſeq. Recenſentur ex D. Bernardino Senenſi hujus ornatus mala ſpiritualia, & temporalia. ib. Ob eum non modo familiæ, ſed civitates etiam, & regna ad egeſtatem rediguntur. ib. p. 140. n. 5. & ſeq. Ornatus immodicus mulierum notabiliter ad venerem alliciens crimen letale eſt. ib. p. 144. n. 2. & ſeq. Refertur, & explicatur Cajetani doctrina. ib. Patrum, & Theologorum auctoritate oſtenditur ornatum muliebrem nimis ſuperfluum letali culpa non carere. ib. p. 145. num. 1. & ſeq. Eadem ſententia rationibus evincitur. ib. p. 149. num. 1. & ſeq. Objecta in contrarium afferri ſolita diluuntur. ib. p. 151. n. 6. & ſeq. Mulieres nudato pectore incedentes mortaliter peccant.

ib. p. 153. n. 3. & ſeq. Rationes oppoſitum ſuadentes refelluntur. ib. p. 154. num. 6. & ſeq. Conſuetudo ſic incedendi criminoſa eſt, ſcelerumque plena. ib. p. 155. num. 8. Eſtque fœminis ipſis graviſſime incommoda. ib. Opportuna P. Alberti de Albertis animadverſio. ib. Exempla ſacræ Scripturæ de mulieribus honeſto, decentique ornatu incedentibus. ib. p. 157. n. 6. Hac ratione diſſequeratur a quibuſdam ad ſtruendas vaniſſimas muliercularum pompas honeſtandas. ib. Aſſignatur regula ex D. Thoma pro feminis conjugatis circa eumdem ornatum. ib. p. 158. n. 1. Elegans, & exquiſitus muliebris ornatus, qui levitatem, jactantiam, vanitatem, oſtentationemque prodit, ex S. Thoma quandoque mortale peccatum eſt, quandoque veniale. ib. p. 159. n. 3. Prodeunt quædam nobiles ſuperfluo ornamento fœminæ. ib. p. 160. n. 4. Arguuntur hac de re pravi Confeſſarii. ib. p. 161. n. 5. Iidem mulierum luxum, & pompas corrigere negligentes corripiuntur a D. Bernardino Senenſi. ib. n. 7. Nimia ſuperfluitas vocem quæ ad mulierum ornatum ſpectant, ab eodem D. Bernardino egregie deſcribitur. ib. n. 8. Aſſequenda tandem media a Confeſſario incedendum eſt via, quæ tamen arcta eſt & anguſta. ib. p. 162. n. 9.

Ornatus corporis qualis eſſe debeat in accedentibus ad Euchariſtiam. VIII. p. 119. n. 23. Quid de muliebri ornatu, ib. n. 24.

Orſi (P. Joſeph Auguſtini) ora laudantur. III. p. 282. & p. 293. n. 13.

In ratione exhibet quæ clare evincit, laſciviores aſſerere non eſſe eam cuſtodiendo ſigillum ſacramentale quam negationem. IV. p. 6. n. 8.

Idem laudatur ob prudens conſilium in diſputatione de baptiſmo aliquando collato nomine Chriſti. VIII. p. 83. n. 15.

Oſcula, & amplexus inter futuros ſponſos ſunt peccatum mortale. IV. p. 254. n. 24. Oſcula, tactus, & amplexus non ſunt ſecundum ſe peccata. ib. p. 255. n. 5. Reciproca inter utriuſque ſexus perſonas oſcula numquam videntur permittenda, tamquam, ut minus, periculis plena. ib. n. 5. Tangere muliebria aut curationis cauſa, aut internoſcendi ſexus diverſitatem, Medicis, & Chirurgis licitum eſt. ib. p. 256. n. 6. Hanc curationem pati non tenetur femina pudica, ſi pudor ex motivo virtutis, & amore caſtitatis proficiſcatur. ib. num. 7. Multo minus ſi ei grave immineat periculum delectationis venereæ. ib. Delectatio carnalis, ſeu venerea ex oſculis percepta eſt culpa lethalis. ib. n. 9. Oſcula inter perſonas ſolutas, & adultas diverſi ſexus, ſi fiant ob delectationem ſenſibilem captandam, ſecum afferunt periculum delectationis venereæ & pollutionis. ib. p. 257. num. 13. & ſeq. In praxi ſunt peccata mortalia. ib. Metaphyſicæ abſtractiones Salmanticenſium improbantur. ib.

Tactus impudici in partibus verendis, aut in illis affinibus ſunt peccata mortalia. ib. pag. 257. n. 16. Etiamſi ſupra veſtes exerceantur. ib. Oppoſita plurium recentiorum ſententia eſt improbabilis. ib. Licent tamen conjugatis, ſi præcedant copulam, & ad illam diſponant. ib. p. 258. num. 18. Non tamen abſque ordine ad copulam. ib. n. 19. & ſeq. Oſcula, tactus, & amplexus inter ſponſos non licent. ib. p. 259. n. 22. Ab oſculis, tactibus, & amplexibus, ut fiunt juxta morem patriæ, tenetur ſub gravi femina ſe retrahere. ib. n. 23. Tangens propria pudenda ob delectationem veneream non ordinatam ad licitam copulam, peccat mortaliter. ib. p. 260. n. 26. Perſpiciens brutorum verenda, irritanſque ad ſemen effundendum, peccat mortaliter. ib. n. 27. Ab aſpectu coitus brutorum cautius, & tutius eſt abſtinere. ib. p. 261. n. 28. Concumbens cum muliere mortua, quanam ſpecie peccati peccat, diverſæ aſſignantur ſententiæ. ib. p. 229. n. 29. Oſcula, tactus, & amplexus practi cum perſonis diverſi ſtatus ſunt peccata ſpecie diverſa. ib. n. 30.

Explicatur delectatio venerea, & moroſa. ib. n. 31. Venerea, ſeu carnalis eſt peccatum lethale. ib. Delectatio rei turpis aut de cogitatione illius, in praxi communiter eſt peccatum mortale. ib. p. 262. n. 33. Aſſertum propoſitio de hoc damnata a Clero Gallicano. ib. Concupiſcentia dum ſurgit, motuſque venereos nunc admittentes, peccat mortaliter qui ſe cum negative ſe habet, abſque eo quod poſitive reſiſtat. ib. n. 35. & ſeq. Falſo P. La-Croix oppoſitam tuetur, ſeu probabilius ſpeculative loquendo. ib. n. 36. Ejus reſponſio refellitur. ib. p. 263. n. 37. & ſeq. Habens puritatem habitualem conſcientiæ, & ſinceram voluntatem peccati vitandi præſumere poteſt delectationi venereæ non conſenſiſſe, nec etiam fuiſſe gravis negligentiæ. ib. p. 264. n. 45.

Oſeas abſque diſpenſatione in lege perfecta a Deo habuit, ut meretricem etiam inſtar acciperet. I. p. 35. n. 22. & VI. p. 178. n. 27. Explicatur, ib.

Oſorius (Hieronymus) naturæ humanæ infirmitates eleganter deſcribit. VI. p. 20. n. 3.

Oſtiariatus Ordo quid ſit, & quænam ejus officia. X. p. 26. n. 4.

P

PActa in cambiis. V. Cambii pacta.

Pacta cenſuum. Cenſuum pacta.

Pactum retrovendendi. V. Retrovendendi pactum.

Pactum in uſuris. In pactum deduci poteſt amicitia, & injuriarum privatarum condonatio. VII. p. 275. n. 3. Non tamen ejus intuitu rationes, quibus mutuatarius jus habet ad ſatisfactionem exigendam. ib. p. 276. n. 4. In praxi, in pactum deduci non debet remiſſio famæ læſionis. ib. Poſſunt tamen deduci in pactum ea, quæ debita ſunt ex caritate, & religione, non in utilitatem mutuatoris, ſed aliorum exercenda. ib. n. Sed non licet paciſci ut mutuatori beneficium, vel officium detur. ib. n. 5. In pactum deducere non licet mutuum ab obſequio, a lingua, a manu. ib. n. 6. Nec ut mulier copiam ſui corporis præbeat. ib. n. 7. Quidquid enim pretio æſtimabile præter ſortem imponitur mutuatario, uſura eſt, ut quod impoſterum ad mutuatoris moleſtiam, vel officium accedat. ibid. num. 8. Uſura eſt exigere reſpectum mutuum, non tamen ſponte oblatum alterius vel. ib. p. 277. num. 6. In reddendo mutuo reſtitui debet eadem quantitas, etſi interea pretium varietur. ib. num. 11. Non eſt tamen obligatio reddendi eamdem pecuniæ ſpeciem, ſed valorem. ib. p. 278. num. 12. Licet certis conditionibus mutuare pecuniam, ut eadem in ſpecie reſtituatur, non tamen, ut in diverſa. ib. n. 14. Nulli perſonarum conditioni licita eſt uſura. ib. n. 17.

Pagani. V. [illegible]

Pallavicinus (Sfortia Cardinalis) egregie probat, quod ſi veræ eſſent recentiorum Caſuiſtarum decantationes a ſtimulo opinantes, nulla amplius eſſet ſcienti lex, quæ obligaret. V. p. 205. n. 4.

Idem aperte teſtatur, nihil definitum in Concilio Tridentino circa neceſſitatem attritionis, vel contritionis in ſacramento pœnitentiæ. IX. p. 49. n. 1. & ſeqq. Exponit quo ſenſu Patres intellexerint verba decreti ſeſſionis ſextæ, ib. p. 172. n. 24. Quid ipſe ſenſerit, ib. p. 98. n. 13.

Palpo, ſi eſt cauſa efficax mali, reſtituere debet; ſi tamen intenderit ut alius malum inferat difficulter datur cauſa in quibus eum inadvertentia excuſet. VII. p. 80. n. 28.

Panis triticeus eſt ſolus materia ſacramenti Euchariſtiæ. VIII. p. 142. n. 4. Non ille confectus ex amygdalis, caſtaneis, fabis, ciceribus, farre, hordeo. ib. p. 143. num. 9. An idoneus ex ſiligine. ib. num. 10. Quo ritu, & ceremoniis olim parabatur panis pro Euchariſtia. ib. n. 13. Panis azymi uſus perſeverat in Eccleſia Latina. ib. p. 145. n. 6. Panis tam azymus, quam fermentatus idoneus ad confectionem. ib. p. 146. n. 9. Convenientius adhibetur azymus quam fermentatus. ib. num. 10. Non licet Græcis apud Latinos, nec Latinis apud Græcos ſive commorantibus, ſive peregrinantibus pro libito panem azymum vel fermentatum in Euchariſtia adhibere. ib. p. 147. n. 18. & ſeqq.

Parentes colendi ſunt a filiis. IV. p. 120. n. 1. & ſeq. Recenſentur officia parentibus debita. ib. & n. 3. Præcipuum eſt illis ſubvenire in temporalibus, & ſpiritualibus neceſſitatibus. ib. n. 4. Illis ſi filii ex odio deſiderent grave damnum, peccant mortaliter. ib. p. 121. n. 5. Eodemque modo peccant, ſi illis mortem exoptent ob finem quempiam alium, v. g. adeundi hæreditatem. ib. n. 4. & ſeq. Oppoſita Leandri, & plurium Caſuiſtarum laxa ſententia rejicitur. ib. Peccant lethaliter filii, qui deliberate torvis oculis aſpiciunt parentes, nullumque ipſis exterioris amoris ſignum exhibent. ib. p. 124. n. 8. Qui parentes leviter percutiunt, graviter delinquunt. ib. n. 10. Licitum eſt filiis a parentibus injuſte percuſſis ſeſe defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ. ib. n. 20. Peccant filii deliberato animo parentibus maledicentes. ib. n. 21.

Parentes nequeunt a filiis apud judicem accuſari, niſi de hæreſi, & criminibus in patriam, & in Principem. ib. n. 22. Parentibus tenentur obedire filii. ib. p. 125. n. 1. & ſeq. Non tamen in rebus pravis. ib. n. 3. Neque dum vetant, ne aſſumant religioſum ſtatum. ib. n. 4. Sicut neque ſi præcipiant Religionis ingreſſum. ib. p. 126. n. 5. Peccant lethaliter filii, ſi parentibus inconſultis matrimonium contrahunt. ib. n. 6. Laxa Salmanticenſium doctrina rejicitur. ib. Sicut ſi parentibus inconſultis ducant indignam ſponſam. ib. p. 127. n. 7. Laxa Tamburini ſententia improbatur. ib. Peccant lethaliter filii parentes adoleſcentes, ne teſtamenta condant, & eleemoſynas largiantur. ib. n. 1. Graviuſque peccant, ſi eos impediant a male partis reſtituendis, aut a debitis ſolvendis. ib. n. 3. Parentibus gravi neceſſitate preſſis filii jure naturæ præſtare alimenta tenentur. ib. n. 4. Non tamen filii a Religioſis ſic tenentur clauſtra deſerere, ut illis ex tantum neceſſitate laborantibus ſuccurrant. ib. p. 128. n. 5. Rara eſt ob id clauſtra deſerendi neceſſitas, cui aliter ſubveniri poſſunt, & debent Superiores Religionum. ib. p. 130. n. 8. & ſeqq.

Prius parentibus quam liberis in æquali neceſſitate conſtitutis ſuccurrere filius debet. ib. p. 129. num. 10. Sicut in extrema neceſſitate prius parentibus quam creditoribus. ib. p. 130. n. 11. Parentes alendi obligatio adſtringit etiam filios naturales, & ſpurios. ib. num. 12. Parentum in filios potiſſima officia explicantur. ib. n. 1. & ſeq. Potiſſimum eſt eos inſtruere in divina lege, eoſque corripere. ib. p. 134. n. 3. & ſeq. Parentum pravos mores imitantur filii. ib. n. 5. Ob ejuſmodi pravos mores diſerte Cicero Verrem increpat. ib. Parentes tenentur curare ut artibus filii inſtruantur eorum ſtatui convenientibus. ib. p. 130. n. 6. Alias peccant. ib. n. 8. Parentes omnino retrahere debent filios ab ingreſſu Religionis, quæ ſit laxæ diſciplinæ. ib. p. 133. n. 10.

Parentes dolo & fraude detinentes filios ne Religionem amplectantur, mortaliter peccant. ib. p. 131. num. 14. Sicut etiam ſi id agant precibus importunis. ib. n. 15. Et ultra peccatum excommunicationem incurrunt, ſi invitas filias cogant monaſterium ingredi. ib. n. 16. Ad hanc conditionem requiritur vis, & metus cadens in virum conſtantem. ibid. p. 134. num. 15. Non ſufficit tamen, ſi pater filiæ nolit dare dotem ad matrimonium, licet ille peccet. ibid. num. 16. Eam excommunicationem incurrunt parentes cogentes puellas, non autem filios ad ingrediendum Religionem. ibid. num. 17. Sicut eam incurrunt cujuſcumque generis, & conditionis perſonæ eas ſic cogentes. ibid. num. 18. Non vero ſi eas cogant ad monaſteria ingredienda, ut ſolum ſub veſte laicali vitam ducant. ibid. pag. 135. num. 19. Aut ſi cogant mulieres ad ingrediendum monaſterium in caſibus in jure expreſſis, qui recenſentur. ibid. num. 20. Excommunicationem incurrunt parentes retrahentes filias a Religionis ingreſſu. ibid. num. 21. Sicut qui impediunt ne filia, aut mulier monaſterium ingrediatur, & novitiatum ſuſcipiat. ibid. n. 22. Aut qui eas impediunt ne Religionem voveant.

Peccant graviter parentes qui filias ſuas ſocis delinire ad turpem amorem accendendum, & cum procis converſari permittunt. ibid. pag. 136. num. 23. Sicut ſi eas cum futuris ſponſis familiariter converſari ſinant, ſi ſciant, aut ſaltem ſuſpicentur eorum colloquia eſſe obſcena, aut ab iis impudicos tactus exerceri.